6c

1736.

d. 29 Novbr

VOTIVA
Scholæ Bremenſis Acclamatio,
cùm
VIR Perquam Magnificus, Nobiliſſimus atque Conſultiſſimus,
DOMINUS
DANIEL von BÜREN,
JCTUS EXCELLENTISSIMUS
Poſt geſtam ſumma cum laude per annos XI. & quod excedit,
DIGNITATEM SENATORIAM,
Et adminiſtrata prudentiſſimè graviſſima Urbis patriæ Munera, perfectisque feliciſſimè arduas multas Legationes
Anno MDCCXXXVI. die XXIX Novembris
CONSULARES Reipubl. Bremenſ. FASCES ſolemni ritu capeſſeret,
deproperata
ab
HENR. HEISEN, Prof. Publ. Biblioth. & Pædagogiarcha.

Qui vicerit, eum faciam columnam in templo Dei mei, nec ampliùs foras egredietur. Apocal. III, 12.

I*nconcuſſa, foras neque projicienda columna,*
Qui ſteterit victor, ſtabit in æde Dei.
Sic ſua divinus proponit dona Brabeutes.
[illegible]
Tu quoque, ſi mortale decus componere palmæ,
Quam dabit æternam vita futura, licet,
Conſul abhinc, *non ampliùs egreſſura Columna*
Principe, BÜRENI, ſtabis in Urbe loco.
Hactenus haud equidem Te *ſtabile* dixero *Fulcrum*,
At verò magnum *mobilis* inſtar eras.
Quot terras, regúmque, *Columna meabilis*, arces

Quin *Bürenidæ*, DANIEL, *Danielis* in acta
Optima, quod ſcandis, regrediatur ebur.
Sed quid ego veteres, quid funere ſuſcito merſos?
Spirans magnus adeſt viváque imago SOCER.
Hic Vir, hic eſt, ad quem pulchro Te imitamine ſingas.
Res memoranda novis Annalibus, atque recenti
Hiſtoria: *Socer eſt Conſul itémque Gener.*
Tale quid haud memini noſtros vidiſſe parentes:
Tale quid an videas, ambigo, tardè nepos.
Quàm VOS, ô *geminum Columen*, quàm dulce tueri eſt,
Imperio junctos, ſtaréque honore pares!

egreditur. Apocal. III, 12. … *plo Dei mei, nec ampliùs foras*

Inconcuſſa, foras neque projicienda columna,
Qui ſteterit victor, ſtabit in æde Dei.
[illegible]
Quam dabit æternam vita futura, licet,
Conſul abhinc, *non ampliùs egreſſura Columna*
Principe, BüRENI, ſtabis in Urbe loco.
Hactenus haud equidem Te *ſtabile* dixero *Fulcrum*,
At verò magnum *mobilis* inſtar eras.
Quot terras, regúmque, *Columna meabilis*, arces
Non indefeſſo juvit adiſſe pede?
Fulturum Te Brema frequens ſua commoda miſit,
Fultis Brema frequens eſt repetita Tibi.
Nimirum *ſtabilisque Statórque* es factus eundo,
Et Reſtat motu publica firma Tuo.
Siſte gradum, nec porro, *Columna volubilis*, exi,
Sed patriam *in* patria * *ſurrige celſus* Atlas.
Et *Tilemanniadæ* recidivo robore faſces,
Et *Græpellingi*, clara Propago, tene.

Quin *Büreniadæ*, DANIEL, *Danielis* in acta
Optima, quod ſcandis, regrediatur ebur.
Sed quid ego veteres, quid funere ſuſcito merſos?
Spirans magnus adeſt vivâque imago SOCER-
[illegible]
Hiſtoria: *Socer eſt Conſul itémque Gener.*
Tale quid haud memini noſtros vidiſſe parentes:
Tale quid an videas, ambigo, tarde nepos.
Quàm Vos, ô *geminum Columen*, quàm dulce tueri eſt,
Imperio junctos, ſtaréque honore pares!
Quos æquat virtus, quos miſtio Sanguinis unit,
Uniet æquatos cura ſuprema duos.
Ad Solomonei ſic quondam limina templi
Una ſtetitque duplex, æqua columna ſibi.
State Urbis vegeti *Tutamina*, ſtate perennes,
Veſtráque Vobiſcum ſtet *Domus* incolumis.
Qua verò cœli perſtabitis arce *Columnæ*,
Sera ſtet illa dies, *certa* ſtet illa dies.

* Opportunè ſuccurrit, ipſum Magnifici Conſulis nomen, BüREN, ſi originem ſpectes, notare *ſurrigere* & *celſum eſſe*, adeóque & *columnam*, cujus imprimis eſt, ſe ſibique impoſita ut erigat, vicina admodum translatione indigitare poſſe. Paucula modò huc facientia ex *Jo. Schilteri Gloſſario Teutonico* noviſſimæ editionis p. 145. tranſcribam: *Significat* ſich büren *ſeſe tollere, ſich erheben. P. Merula notat, vetus eſſe verbum* beuren aut boren, *tollere, elevare.* Burinne, *ſeditio, burunge, vox reliqua in compoſito:* Empörung (quando in Magiſtratûs ſubjecti ſe erigunt cives.) *Henricus Imp. in charta de anno* 1107. *In ſeditionibus, quas vulgò* Burinne *dicimus, judicandis.* Burlich *eſt excelſus* Notkerus in Pſal. XCI. 13. *Scono boum iſt palma, hoh boum iſt cedrus. Scone unde* Burlich *werdent tanne Juſti genennt;* i. e. *Pulchra arbor eſt palma, excelſa arbor eſt cedrus. Pulchri atque excelſi exinde Juſti vocantur.* Burlichi, *eminentia. Notk. Pſalm. LXII.* 3. Purligota, *exaltavi. Notk. Pſalm. LXIII.* 17. Purlichoſten Hohfater, *excellentiſſimum Patriarcham. Notk. Pſal. LXXI.* 16. *Pſal. CIII.* 6.

B R E M Æ,
Typis HERMANNI CHRISTOPHORI JANI, Illuſtris Gymnaſii Typographi.